



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

12.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

partium, cui renunciare partes possunt.  
 Quæ ferè ratio est, ob quam quando cau-  
 sa, quæ non ex speciali mandato homi-  
 nis, sed ex commissione juris tractandæ  
 sunt summarie, Judici permisum sit, uti  
 processu ordinario: nam cum in jure,  
 videlicet Clemen. *disspendiosa* quæ hujus-  
 modi causas summarias recenset, nullum  
 Judici detur mandatum, sed tantum fa-  
 cultas, procedendi summarie, si ita vide-  
 rit expedire, non est cur non possit pro-  
 cedere modo ordinario: ut ibid. Gl. quia  
 facultas ibi data non ligat illum ad talem  
 modum procedendi, neque partibus fa-  
 vor datus est, nisi ex quadam consequen-  
 tia, & mediante voluntate Judicis.

12. Quod tamen de usuris in cit. Cle-  
 men. dicitur, intelligi debet de usuris de-  
 ductis ad forum Canonicum, quia quan-  
 do de iis tractatur in tribunali Civili,  
 quod ubique penè jam practicatur, non  
 est causa summaria, sed ordinaria. Causæ  
 ergò summariae præter dictas *sup. n. 10.*  
 censere debent 1. causæ Religiosorum  
 personales, & criminales, *cap. olim de ac-*  
*cus. 3. 2. causæ delictorum levium, L. levia,*

*ff. de*

ff. de accus. causæ civiles modici præjudici  
quas Bald. extendit etiam ad 100. aureos,  
alij restringunt ad duos, tresvè aureos  
alij, & melius, ad arbitrium prudenti.  
Judicis remittunt, ex consideratione cir-  
cumstantiarum, personæ pauperis, vel di-  
vitis, patriæ, quæ pecuniâ abundat, &c  
4. Scholarium seu studiosorum in Uni-  
versitate, tûm quia ordinariè censentur  
modici præjudicij, tum quia non dece-  
scholares dum studijs occupantur ad  
publicam Reipublicæ utilitatem litibus  
occupari: tum denique quia complure  
Academiæ ab utroque supremo Principe  
tûm sæculari, tûm Ecclesiastico privile-  
giatae sunt, ut in causis scholarium sum-  
mariè possint procedere, nullo juris or-  
dine servato.

13. Causas quoque Mercatorum sum-  
marijs Doctores annumerant easque  
neglectis solennitatibus ventilandas cen-  
sent. partim quod in contractibus Mer-  
catorum bonum & æquum exuberare  
debeat: partim quod mercator, dum pe-  
regrinatur, sit persona miserabilis, Ma-  
rant. sup. Dist. 9. n. 48. Foller. in addit. n. 149.

Bercich: